SS. D. N.

BENEDICTI XIV.

OPERA

IN DUODECIM TOMOS DISTRIBUTA

TOMUS VIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

INDICES LOCUPLETISSIMI
RERUM ET NOMINUM
QUÆ CONTINENTUR
IN OPERE
DE
SERVORUM DEI BEATIFICATIONE
ET
BEATORUM CANONIZATIONE
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
BENEDICTI XIV.
PONT. OPT. MAX.
OLIM
PROSPERI CARD. DE LAMBERTINIS
PRIMUM ANCONITANÆ ECCLESIÆ EPISCOPI,
DEINDE BONONIENSIS ARCHIEPISCOPI
QUI NUNC PRIMUM PRODEUNT
AD USUM
ACADEMIÆ LITURGICÆ CONIMBRICENSIS

ROMÆ MDCCLI.
EXCUDEBANT NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI
ACADEMIÆ LITURGICÆ CONIMBRICENSIS TYPOGRAPHI.
SUPERIORUM FACULTATE.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM

QUÆ IN TOTO OPERE

DE SERVORUM DEI BEATIFICATIONE, ET BEATORUM CANONIZATIONE

CONTINENTUR.

Abbas. Abbatia.

ABbates olim ex regularis Conſtitutionis præcepto hoſpites ad menſam habere debebant; ideo tres pauperes cum ipſis aſſidere conſueverant. *l. 3. c. 34. n. 32.* Hæc quorumdam Abbatum hoſpitalitas nimis ſplendida fuit. *ibid.*

Abbates duodecim ab Innocentio III. miſſi fuerunt ad Albigenſium hæreſim evertendam, ex quibus Abbas Petrus à Caſtronovo, juſſu Comitis Toloſani occiſus miraculis claruit, & ab eodem Pontifice Martyr declaratus fuit. *l. 1. c. 29. n. 8.*

Abbates olim in Conſiſterio ſemipublico pro Canonizatione coacto ſententiam tuliſſe dicuntur, ſed tempore Gregorii XIII. id obſolevisse videtur *l. 1. c. 34. n. 13.* Abbates, & Abbatiæ plures olim in Urbe fuerunt. *n. 17.*

Abbatia Claravallenſis circa annum 1115. fundata fuit. *l. 1 c. 13 n. 17.*

Abbatias inſignes Gregorius XIII. Collegiis ab ipſo inſtitutis univit *l. 1. c. 34. n. 13.* Abbatiæ Urbi conterminæ Cardinalibus utplurimum conferuntur. *ibid.*

Abſtinentia.

Abſtinentia eſt ciborum ſubtractio *l. 3. c. 24. n. 39. & 42.* Non eſt virtus, niſi cum mentis hilaritate, & propter Dei gloriam fiat. Eſt etiam ſpecialis virtus, & pars ſubjectiva Temperantiæ. *ibid.*

Acta.

Acta coram uno Judice legitima, & valida vim habent coram alio. *l. 2. c. 5. n. 3. & 11.*

Acta Martyrum

Acta Proconſularia Martyrum erant, quæ a Notariis Gentilibus ſcribebantur, eaque Chriſtiani ab iiſdem Notariis emebant. Aliquando eadem Acta a Chriſtianis Notariis in Gentilium Tribunalibus ſcribebantur. *l. 1. c. 3. n. 4.* Alia ſunt Martyrum Acta, quæ Chriſtiani ſcribebant, ſe Gentilibus immiſcentes, dum Martyr a Judice interrogabatur. *n. 5.*

Acta Martyrum ſincera colligi Epiſcopi curabant a Romana Eccleſia id facere edocti vel lege, vel exemplo, Romani quippe Pontifices Urbis Regiones Notariis, Diaconis, & Subdiaconis diviſerunt, ut Acta Martyrum ſincera colligerent. *l. 1. c. 3. n. 12. & 3.*

Acta quædam Martyrum ab Euſebio Cæſarienſi collecta, & peculiari libro ſcripta fuerunt. Hic tamen liber Romæ inventus non fuit, cum Eulogius Alexandrinus illum a S. Gregorio M. petiit: ejuſdem vero fragmentum alibi poſtea repertum eſt. *l. 1. c. 4. n. 13.*

Acta Martyrum ab una ad aliam Eccleſiam per literas encyclicas tranſmittebantur. *l. 1. c. 4. n. 1.* Mittebantur etiam ad Romanum Pontificem, ut Martyrum cultus introduceretur, vel ut introductus approbaretur. *n. 12. 13. & 15.*

Acta Martyrum ſedulo examinabantur, antequam cultus iis decerneretur, in quo examine plura ponderabantur. *l. 1. c. 3. n. 6.* Examen hoc ad unumquemque Epiſcopum in ſua diœceſi pertinebat. *n. 7.* ſed etiam ad Romanum Pontificem Acta examinanda mittebantur. *n. 6.* uti miſſa fuerunt Acta S. Vigilii Epiſcopi Tridentini. *c. 4. n. 12.* Examini ſuccedebat Judicium. V. *Judicium.*

Acta Martyrum antiqua rejicienda non ſunt, licet plurima in iis miracula referantur. *l. 1. c. 29. n. 3.*

Acta particularia.

Acta S. Dionyſii Areop., quæ ſuperſunt, nonnullis incerta videntur. *l. 1. c. 4. n. 5.*

Acta S. Ignatii Martyris vel ab eorumdem Scriptoribus, vel a Romana Eccleſia aliis Eccleſiis denuntiata fuerunt. *l. 1. c. 4. n. 8.* Eadem ſincera ſunt. *ibid.*

Acta S. Catharinæ Virginis Alexandrinæ à quibuſdam in dubium revocantur. *l. 3. c. 43. n. 13.*

Acta S. Patrocli ex Italia in Galliam delata fuerunt. *l. 1. c. 4. n. 15.*